

postea certe Novis (prope Sistovam) testibus itinerario Antonino p. 221 et geographo Ravennate p. 187. 189, item Not. imp. or. p. 102, item titulis III S. 7458. 7444; et potest etiam hic titulus ex Sistova Bukarestum allatus esse. — 2) Municipii (?). — 3) Ex trecenario, primus pilus. De trecenariis cf. Mo. eph. ep. 4 p. 243, item infra inter titulos centurionum. — 4) 20 Sept. 224. — 5) Cf. supra N. 1174.

2296 deo | Marti militiae | potenti statuam | in honorem leg. | III Aug. Valerianae | Gallienae Valerianae¹ | Sattonius Iu|cundus pp.², qui | primus leg. renovata³ aput aquilam vitem posu|it, votum dedit, | dedicante | Veturio Vetu|riano⁴ v. c. leg. | Auggg.⁵ pr. pr.

Lambaesi (VIII 2634 vidit Wilmanns). — 1) Ita dicta legio in honorem Valeriani et Gallieni et filii huius. — 2) Primipilus. — 3) Renovata legio est, olim sublata a Gordiano, a Valeriano anno 255, cf. supra N. 531. Documento sunt (ut vidit Hensen ann. inst. arch. 1860 p. 58, cf. C. VIII p. XX) vocabula leg. III in multis titulis Africanis, sed antiquioribus Gordiano, erasa et postea restituta (N. 503. 1070. 1082. 2399. 2435. 2478). — 4) Idem legatus posuit titulum VIII 2614. — 5) Auggg. non raro adhibitum de duobus Augustis et Caesare, cf. supra N. 1152 not. 5.

2297 I. o. m., | Iunoni, Minervae, | Genio praetorii | consularis, | diis p[enat]ibus, | T. Fl. Titianus leg. Augg. | pr. pr. | [et] ia¹ | eius | dicaverunt.

Tarracone rep., nunc in Anglia (II 4076 vidit Huebner). — 1) Perit nomen uxoris Titiani.

2298 dis conser|vatorib. Q. Tar|quitius Catu[Z]us leg. Aug., cuiu[s] | cura praeto[r]ium in ruina[m] co|nlapsum ad [no]vam faciem | restit[um] est[.]

Coloniae Agrippinae rep., est Darmstadt (Brambach 351 vidit).

2299 I. o. m., | Soli invicto, Libero | patri, Genio praetor., | Q. Mamil. Capitolinus | iurid. per Flaminiam | et Umbriam et Picenum, | leg. Aug. per Asturiam et | Gallaeciam¹, dux leg. VII [G.] p. [f.], praef. aer. Sat., pro salute | sua et suorum.

Asturicae (II 2634 bis descripta saec. XVII. XVIII). — 1) Scr. Callaeciam.

2300 I. o. m., | veterani | leg. XIII Ge[m.], | milit. fact. | Serviano II | et Sura¹, et Tra|iano V cos.², | num³ . . .

Apuli (Karlsburg) in Dacia (III S. 7754 servavit Mezerzius). — 1) A. 102. — 2) A. 105. Hic titulus antiquissimus est eorum qui docent, saeculo p. Chr. altero, certe inde ab Hadriano, milites legionarios alternis tantum annis dimissos esse. — 3) Vocabulum vix recte exceptum; expectaveris m. h. m. (missi honesta missione). In fine deesse aliquid non traditur.

2301 I. o. m., | Iunoni reg., | Minervae, | veteran. leg. | XIII G., m. h. m.¹ | per Iul. Bassum | leg. Aug. pr. pr. | idibus Decemb. | Pontiano et | Atiliano cos.², | milites fac[ti]³

Apuli (III 1078 ad accuratum exemplum nescio a quo saec. superiore factum). — 1) Missi honesta missione. — 2) A. 135. — 3) Deesse aliquid non traditur.